



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Syntaxis Historiæ Evangelicæ

Cope, Alan

Lovanii, M.D.LXXII.

168. Aperit Iesus mentem Discipulorum, vt intelliga[n]t Scripturas, & Spiritum sanctum eis promittit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47925](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47925)

CAP. 167. Ostendit se IESVS Discipulis in monte Galilee.  
 Matth. 28. \* 162. Mar. 16. \* 164.

S. Mattheus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**V**Ndecim aut discipuli abierunt in Galilee, in montem ubi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens, Data est mihi omnis potestas in celo & in terra. euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, docetes eos seruari omnia quecumque mandavi vobis: & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.

**E**T dixit eis, Euntes in mundum uniuersum predicare Euangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo demonia eijcient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent, Et si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, Super ægros manus imponent, & be-  
 \* 169.

CAP. 168. Aperit IESVS mentem discipulorum ut intelligant Scripturas & Spiritum sanctum eis promittit. Luc. 24. \* 164.

S. Mattheus.

S. Marcus.

S. Lucas.

S. Iohannes.

**E**T dixit ad eos, Hæc sunt verba que locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quonia necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege Moyse, & Prophetis, & psalmis domini. Tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Quonia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere a mortuis tertia die & predicari in nomine eius in omnes gentes in cunctis ciuitatibus ab Ierosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mitto promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto.  
 \* 169